

cat ea quae sibi de bono scripta sunt ex Platonis colloquiis, in quibus narrat Pythagoreas et Platonicas de entibus opiniones. Idem Philoponus confirmat ad hunc ipsum locum.³ Quae de bono inscripta sunt, de philosophia dicit, in illis vero non scriptas collocutiones Platonis recenset Aristoteles.^{iv}

Sed hoc loco uterque interpres labitur intelligens haec, quae de philosophia dicuntur, de Aristotelicis dici, cum de Platonicis intelligenda sint, quod ex continuatione Aristotelicorum verborum appareat, quae sunt:⁴ Eodem modo in Timaeo Plato animam ex elementis facit, cognosci enim simili simile, res vero ex principiis esse, similiter vero et in iis, quae de philosophia determinata sunt, ipsum quidem animal ex unius idea et prima longitudine et latitudine et profunditate, alia vero similiter. Tota enim haec cum sequentibus [338] aliquot sententiae Platonicae relatio est.

At non solum interpres hi hoc loco lapsi sunt, sed etiam superiore nihil firmi afferunt, cum aiunt in non scriptis Platonis dogmatibus dogma fuisse hoc de magno et parvo? Nam etiam si Heraclides atque Estiaeus id in literas retulerunt, aenigmatische dicta fuisse sunt attestati. At si aenigma fuit, fuerat prius Aristoteli aenigmatis sententia aperienda, dein, si cum veritate non staret, reprehendenda. Sed suum morem secutus nihil aliud pensi habens, quam ut in alios inveheretur, quoquo modo tantum invictus est.

Fuit ergo aenigmaticum hoc Platonis de magno ac parvo dogma ab Aristotele aperiendum, quod si Plato ipse aperuisset, alia longe sententia latens appareret, quam si iudicasset ipse li-

³ τὰ Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιγραφόμενα Περὶ φιλοσοφίας λέγει, ἐν ἐκείνοις δὲ τὰς ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος ίστορεῖ ὁ Αριστοτέλης. [PHLP. in de An. 15.75.34 – 35]

⁴ τὸν αὐτὸν δὲ τῷ πότον ἐν τῷ Τιμαιῷ Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ, γινώσκεσθαι γάρ [τῷ] ὄμοιῷ ὅμοιον, τὰ δὲ πράγματα ἐκ τῶν ἀρχῶν εἶναι. ὄμοιώς δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας [φιλοσοφίαν] διωρίσθη, αὐτὸ μὲν τὸ ζῶον ἐκ [αὐτῆς τῆς] τοῦ ἐνὸς ιδέας καὶ τοῦ πρώτου μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους, τὰ δ' ἄλλα ὄμοιοτῷπας. [Usp.ARIST. de An. 404b.16 – 21]

^{iv} Corr. ex Aristoteles?